



apparent, versantur in eodem quadrati octaedrici continuato plano. Idque præcipue in multifacijs vt cognatis apparet. Nam cæterorum latera dicta non simul congruè poni possunt. Dodecaedron igitur per medium, decem lateribus, talem describit




viam, transeunte qua-
drato Octaedri, in
planum extenso:

Icosaedron verò manifestam Zonam hoc pacto, transeunte




rursù Octaedri qua-
drato in rectum ex-
tensio:

Quòd si hæc duo cognata corpora ita applicentur per circumferentiam (nam anguli duo vnus, & centra planorum duorum alterius adhuc, vt supra, tanquam poli cohærere intelliguntur) vt apparentia bina quinquangula Icosaedri, & bina vera Dodecaedri, angulis congruant, progignetur circularis sectio, quæ in



planum extensa, cum
Octaedri quadrato,
sic habet.

Sin angulus vnus medio lateri alterius in suprascriptis quin-



quangulis applicetur, talis erit sectio.

Quid restat igitur, quin dicamus Planetas illam viam tot manifestis punctis notatam à Creatore iussos ire, præcipue cum inter supra assumpta colligataq; centra & angulos, tanquam polos media sit.

C A P V T X I I.

Diuisio Zodiaci, & aspectus.



ULTI diuisionem Zodiaci in duodecim præcisa signa pro figmento humano habuere, tali nempe, cui nihil rei naturalis subfit. Neque enim hæc *μῦθια* viribus aut affectionibus differre naturalibus arbitrantur: sed assumpta

sumpta